



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## In Genesis Enarratio

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

Capvt XXXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

CAPVT  
XXXI.

## LOCI PRÆCIPVI.

- I. *De Auaritia, & soporia, perfidia  
& ingratitude Laban.*
- II. *De furto Rachel, seu de operi-  
bus liberi Spiritus.*
- III. *De miranda defensione pio-  
rum, quos subito mutata uel  
impedita hostium uoluntate,  
Deus tuetur, ut hoc loco, cor  
Labani, & postea uolunta-  
tem Esau flectit, ne nocere  
Iacobo possint.*
- IIII. *De Iuramentis & Fœderibus.*
- V. *Galaad aceruus testimonij est  
imago sacræ scripturæ.*

## I.

*De Auaritia Laban.*

e 1. Timoth. 6.

1 Tim. 6. dicitur, Omnium malorum radix auaritia. Et Colof. 3. Pleonexia est Idolatria. Nam Auaritia fœda & immani fame opum impelluntur, ut abiecerint fiduciam in Deū, et philostorgia erga liberos & amicos cum defraudatione sui & aliorum, quancumque ratione seu honesta seu inhonesta pecuniam concupiscunt, & in ea omnem fiduciam collocant, Sic Laban opibus inhians, Deum & omnia honesta officia fœdissime uiolat, est sordide tenax & impius, ac ut ait Virgilius erga filias, ingratus erga Iacob de se optinuit meritum, perfidus & periurus, toties mutans pretium de mercede. Tam fœdi & detestabilis monstrum imago, quæ in hoc capite proponitur, debet nos ab auaritia, quæ cum fiducia in Deum collocanda, cum iusticia, cum liberalitate & beneficentia, cum gratitudine et alijs uirtutibus pugnat. Habent autem studiosi in conspectu usitata dicta, ut Cicero nis pro Quintio, Nullum est officium tam sanctum atq; solemne, quod non Auaritia comminuere ac uolare soleat. Et Publij in Mimis.

*Auarus nisi cum moritur nil recte facit.*

*In nullum auarus bonus, in se pessimus.*

*Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet.*

Horatius.

*Crescentem sequitur cura pecuniam, Maioribus  
fames,*

*Multa petentibus, desunt multa, bene est, cui DEVS  
obtulit*

Parti

Parca, quod satis est manu. Item fabulas, de Tantalos  
& Mida.

## II.

## DE FVRTO

Rachel.

Omnia opera confessionis non simulate placent  
Deo, & in genere mandata sunt in secundo prece-  
pto, etiamsi in speciem interdum media seu non ne-  
cessaria esse uidentur, Vt cum Miles ille quem Ter-  
tullianus in libro de Corona Militis defendit, acce-  
pturus à Tribuno donatiuum, in manu gestat Coro-  
nam lauream, quæ à cæteris in capite gerebatur,  
eoq; ritu testatur se Christianum esse. Cum Irene fi-  
lia Imperatoris Licimij statuas aureas in sacello pa-  
tris destruit, Cum Laurentius resistit Decio Impe-  
ratori auferentis ex arario Ecclesiastico pecuniam,  
quam sine peccato relinquere poterat. Talia uocan-  
tur opera liberi & ardentis Spiritus, quæ Deo pla-  
cent propter confessionem, quæ est anima talium  
operum. Sic Rachel idola aurea patris secum aue-  
hit, ut hoc ipso facto testetur, se improbare cultum  
idolorum, & nolle ea à patre coli, Nec ipsa colit,  
sed aurum in uiaticum collatura est, quod iure ci-  
uili & naturali à patre sordido ipsi debebatur.

## V.

Galaad גלעד id est, tumulus testimonij, est Ty-  
e a pus

pus sacre scripturae, in qua plurima testimonia  
Deo coaceruata sunt. Ioh. 5. Scrutamini Scripturas  
illae sunt quae testimonium perhibent de me.

Incipit autem mons Galaad à Libano, & ad  
biam usq; pertinet, & regionem Israheliticam  
Iordanem ab Ammonitide separat.

## C A P V T XXXII.

LOCI OCTO.

- I. De Custodia Angelorum.
- II. De Vicibus aerumnarum & tribulationum, dolorum & consolationum, quas experientur Sancti.
- III. De vitanda Tentatione Dei.
- IIII. Forma verae Inuocationis.
- V. De miranda impletione promissionum diuinarum.
- VI. De Lucta Fidei in tentationibus & aerumnis.